

dominum permansisse, quod patet 1. ex ipso facto. 2. ex
textu: Hoc facite in mei memoriam. 3. ex gestis ante
et post. Neque enim voluit edere miraculum, sed novum
sacramentum. His ita promissis legat quos D. Doctor
S. seq. in lege Non aliter. et videbit hunc textum plane
adversari sequitis in hoc casu, quo testator servos
omnes juvenes legat, ac cum, quos intellexerit, dubita-
retur, inquit: Non n. in causa Testamentorum ad defini-
tionem, hoc est juxta glossam ibi, ad strictam seu
propriam verborum significationem, utiq; descendenda
est, cum plerunq; abusive loquantur, nec propriis vo-
cabulis ac nominibus semper utantur Testatores. Ibi
etiam mea additio habet: Plus in Testamentis stari
requis, quam significationi: per gloss. verbo ultra duas
c. nonnulli ex de rescriptis. *** Vale die 20. Januarii
1596.

J. Petrus Hubnerus
Salutem!

***. Huberus ille orabro Spira adhuc regit inter Caupidiam
rum ollas: ejectionem quotidie expectans, quam vicini Wirtem-
bergici procurare festinant. Nam Osiandrum cum fraterculus
Calvinismi nisi mulavit, quod particularem statuant electio-
nem. Osianderjam respondit. Dixit vanitatem vanitate
majore illum retrudere. Ita Regi improbitatem istorum eque-
gic ulciscitur. Nos intermitemus, et videamus judicium
domini. Vale, mi frater, cum tuis plurimum, et saluta D. Tro-
gum, reliquosq; fratres. Heidelbergae ipso Thore Anno 1596.

J. Davidi Pareo theobaldus Meuschius
Salutem per Jesum Christum. Causa hujus viri talis est,
ut confidam te ei adjumento fore. Oro ut mihi re-
scribas de Reo trepidante, quem cum An. Angero ad
te misi. Ego certe vix potero non respondere. Tu
enim meam personam quam communem causam
pressimè tractas. Et si facerentur gloria-
buntur
Tubingenses

Tubingenses tanquam de nobis victis. Et tamen respondere debeo, faciam id cordate et breviter. Nam adoro Harmoniam, quam majoris facio; ex qua jam nunc tibi judicandum propono, an demonstraverim: Judam non interfuisse Coena Domini. Argumentum tale est. Matth. 26. Marcus querelam Christi super suo proditore recensent ante institutionem sacrae coena. Iohes vero ait cap. 13. super eadem querela Christi Judas intinxit buccellam, qua sumta, continuo ille exivit. unde sic concludo. Judas exivit super querela Christi de suo proditore. At. Querela haec ante institutionem coena facta est. Et tiam Judas exivit ~~super querela Christi~~ ante institutionem sacrae coena. Idem sic quoque proba. Coena sacra instituta est per coenam paschalem Luc. 22. v. 20. At super querela Christi quae facta est in Coena paschali, Judas exivit, et non interfuit actioni coena. Ita ex tribus Evangelistis constat Judam non sumisse coenam sacram. Sed Lucas unus videtur sua narratione, his tribus obstare. Recenset enim querelam Christi post narratam institutionem coena sacrae v. 21.

R. Lucas hoc narrat non naturali, sed arbitrario ordine. Prob. 1. quia res consentiunt. 2. quia ipse dicit post coenam accepit calicem, per qua additione, ipse cavet, ne putemus ipsum hoc naturali ordine narrare. 3. quia hujus ipsius anticipationis idonea praecessit occasio; cum enim de paschate dixisset Christus v. 16. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et vero similem ferè sententiam ac in institutione calicis repetivisset Matth. 26. Marc. 14. Placuit quid haec occasione similes sententias Christi conjungere priore loco ac posteriore, facere; imò etiam ipsum calicem ex illo loco assumpsit, ad cujus institutionem haec ferè repetita sunt. Unde porro sequitur calicem v. 16. non esse alium ab eo, de quo v. 20. agitur, sed ipsum sanctum calicem, ac unum eundemq; saltem dicta occasione, assumptum ex loco naturali, et tamen postea repetitum in ipsa sui institutione.

Porro calice hac occasione. anticipato, ne quis putaret aliam
 ac peculiarem esse à calice. sacrae coenae; mox Lucas addit
 ipsam integram coenae institutionem v. 19. sic tertio
 constat Lucam anticipasse sacram coenam. 4. idem
 fortius sic probatur, quia Lucas per anticipationem
 relicta mox resumit, retrocedendo ordine, donec veniat
 ad id, quod supra naturaliter sequebatur, ac quidem im-
 mediate; id quod videre est in hoc.

Typus anticipationis Lucas de postremo paschate.
 Luc. 22.

1. Praedictio pascha- tis signat; v. 14. 15. 16.	5. Anticipatio calice cum sua occa- sione et totius coenae v. 17. 20.	4. Querela Christi super suo pro- ditore v. 21.	3. Contentio discipu- lorum et infor- matio v. 23. quae pertinet totius sedum in 22.	2. Occasio contem- tionis et pro- missio figurata v. 28. 30.	6. Praesentia tri iuxta evangelistas v. 31.
---	---	--	---	--	---

Hae apud me certa sunt ac confirmant disciplinam Ecclē-
 siasticam et refutant manducationem ingloriam. Tu, ille
 Dnie Doctor, quid sentias ac de reo trepidante, an nihil
 contra illum ferenda sit sententia: et de fide exclusi-
 one, oro rescribas. Vale quam rectissime, ac meo
 quod facis, ama. Celeri calamo 12. Martij 1796.

290

D. Johanni Jacobo Gryneo D. Pareus S.
 Opportunè advenit nepos tuus, vir clarissime, frater
 in Domino reverende, adeo ut vel unius diei mora
 diu suspensura fuisset ejus receptionem. Nam pridie
 emissus erat à nostro collegio ad sextam classem
 pedagogii nostri docendam quidam, qui Romae à colle-
 gio Semitico, detestatus Romanam idolomaniam et
 Suitarum sectam ante fenestras ad nos venerat, et
 huc usque in schola nostra vixerat. Eos locum Senatus
 nepote tuo nondum adventante, jam alteri destina-
 verat, sed vos attò anxarum eundem tuo se offerent con-
 cessit. Placet adolescentis ingenium et liberalis indoles,
 qua cum videatur ipse satis se nobis commendaturus
 esse, tamen tua causa mihi erit quam comenda-
 tissimus. Lectiones ei assignavi binas Philosophicas,
 Physicam nempe D. Maderi cum Sphærica D. Wittenbergi
 et totidem Theologicas D. Tossani et D. Salamini,
 quas ad tempus conjungat. Solent n. nostros, quorum
 ingenia